


AB

143582

W. Am. J.



3.

MEMORABILE
SECUNDUM
DE
IUSTITIA
IMPERIALI.

clō lōc LXXIV.



Hoc secundum S.R.I. memorabile

De *Justitia Imperiali*,

Eidem & Ejusdem

Augustissimo Imperatori,
Eminentissimoque
Electori Moguntino per Germaniam
Archicancellario

Sacrum esto.

Theodor. Rex

Apud Cassiodor. Lib. 5. Epist. 15.

*Cunctis laborantibus Comitatus noster concedit justiciam.
& hinc remedia subjectis ad reliquas Regni partes,
quasi à vivo fonte descendant.*

Conspectus capitum partis secundæ
Lib. I.

C. I.

De Iustitia Imperiali.

- I. Iustitiæ necessitas.
- II. Vera natura Iustitiæ & iniustitiæ, forensisque iustitiæ.
- III. Requisita istius iustitiæ, & ejus functio.
- IV. Cur dicta Imperialis.
- V. Ejus divisio, in Aulicam & Spirensẽ.
- VI. Utriusque distinctio.
- VII. Utriusque convenientia.
- VIII. Præfens dispectio de Spirensi.
- IX. Iustitiæ hujus Imperialis definitio.

C. II.

*De hujus in Instrumento Pacis & Recessu
Imperii memorabilibus.*

- I. Memorabilia Instrumenti Pacis ac Recessus Imperii circa hanc Iustitiam Imperialem.
- II. Causæ memorabiles nondum redintegrati Assessorum numeri.
- III. Memorabilis causarum in Camera numerus longè major Assessorum numero, vel redintegrato.

C. III.

*De diversis tot causarum remediis,
imparibus.*

- I. Memorabilia hætenus remedia tot causis imparia.
- II. Imparia, propria quàmquam, & illa in Recessibus imp.
- III. Visitationes Camerae, ritè & frequentius actæ memorabiles, & huic malo utiles.

- IV. Memorabile proximum ac penè par malo remedium.
 V. Defectus hujus supplendus auctario anni Cameralis : quem inter & Assesores Ordinarios & Extraordinarios causæ illæ divisæ , re-
 latæ, erunt expeditæ annis 72.
 VI. Extraordinarii eadem juramenti ac silentii religione, quâ Ordina-
 rii adstringendi, eodem dotandi salario.
 VII. Quæ causæ in novem quadrienniis extraordinariis admittendæ,
 quæ non.
 IIX. Aliud remedium isto commodius visum, constituendi quatuor Or-
 dines Senatorios.

C. IV.

*De remedio alio tot causarum finiendarum remedio
 meliori ac memorabiliori.*

- I. His remediis longa nimis inest annorum aliorumque incommodo-
 rum series.
 II. Memorabilissimum, ceterisque præferendum remedium duas ad-
 huc alias summas constituendi Imperialis curias, ultra Spiren-
 sem : Ratisbonæ unam, alteram Magdeburgi.
 III. Sui cuique Curia assignandi circuli cum suis caussis.
 IV. Sui cuique quàm proximi assignandi : in assignandis status, loca, col-
 lationes observanda.
 V. Numerus Circulorum, Circularium Statuum, locorum, collatio-
 num.
 VI. Commoda Circulorum in tres Curias distributio.
 VII. Numerus statuum, locorum, collationum in Circulis cuique Curia
 assignatis.
 IIX. Curiales in quâque Curia, majores, minores, medii, minimi.
 IX. Numerus Judicum, ac præsidum in tribus curiis.
 X. Numerus Assessorum in quavis Curia.
 XI. Numerus Curatorum Cancellariæ in Curia qualibet.
 XII. Numerus Advocatorum, procuratorum, Protonotariorum, notari-
 orum &c. in unaquaque Camera.
 XIII. Modus præsentandi, probandi que Assesores futuros, & quales, &
 coram quo.
 XIV. Magna & varia trium curiarum utilitas.

C. V.

5.

C. V.

*De numero salariorum in quavis curia, & eorum
conquirendorum modo.*

- I. Collationes supra memoratæ remediis extraordinariis impares causas in tres divisas curias diminutis, & minuenda.
- II. Videntur salaria curialium.
- III. Numerus salariorum & supplementorum in curia Spirensi, Ratisbonensi, Magdeburgensi.
- IV. Unde sumenda supplementa salariorum pro Curia Spirensi.
- V. Unde illa pro Ratisbonensi.
- VI. Unde ea pro Magdeburgensi.
- VII. Difficultas ea obrinendi: non obtentis, alius conquirendorum inveniens modus.

C. VI.

*De oratione Camerali Iudici attributa pro rite ordinanda
justitia Imperiali, ob argumenti paritatem
hinc aliunde relata.*

- I. Memorabilis illius orationis stilus.
- II. Memorabilis ipse orator Serenissimus Cameræ Judex ob familiaræ & Justitiæ præclaræ claritatem.
- III. Memorabilis ejusdem de Cameræ Justitia ejusque executione sententia.
- IV. Eadem ejusdem de adsciscendis administris Cameræ Visitatoribus.
- V. Eadem ejusdem de Assessorum administris omniumque vacatione.
- VI. Eadem ejusdem de inordinata vacatione Assessorum, partium, Advocatorum.
- VII. Memorabiles ejusdem cautelæ, primæ de Partium yafritie.
- IIIX. Altera de Advocatorum altercatione.

- IX. Tertia de actis inter Assessores, & de ipsis Assessoribus in quinque classes distribuendis.
- X. Quarta de Advocatorum, procuratorum perverso procurandi ordine.
- XI. Quinta de ordinandis aliis alibi adhuc Curii Justitiar.
- XII. Sexta de perpetuo Assessoratus ministerio.
- XIII. Septima de tentanda omni studio, omni in judicio subalterno, amica causarum compositione & transactione.





Partis II. Lib. I. C. I.

De Justitia Imperiali.

P

I. Prima fuit cura pietatis, seu religionis Imperialis, altera Justitiæ debetur Imperiali: quæ æquæ ac illa est necessitaria: illa est Imperialium erga DEUM: hæc eorundem inter se. Sine hac nihil in Imperio rectè geri, nihil in eo esse laudabile, nec ipsum Imperium diu subsistere potest.

Justitia necessaria.

II. Justitia in se est abstinentia ab alieno, rara in terris, in Imperio, & inter cives Imperiales: frequentior ubique est injustitia, seu alieni utur patio, juris alterius læsio, ipsaque læsa justitia: quæ requirit aliam justitiam, quæ læsæ est curatio, & injustitiæ correctio, vulgò forensis aut judicialis dicta.

Quid sit in se justitia & in iustitia & quid forensis justitia.

III. Hæc Justitia, quæ præsupponit injustitiam, certâ constat administratione, administratio certis personis, certâ formâ, certo ordine, certa conclusionè, certa sententiâ, & certâ executione estque ordinata justitiæ administratio, quâ injustitia ad justitiam, iniquitas ad æquitatem reducitur, alienum adimitur, suum cuique redditur.

Requisita istius justitiæ, ejusque sumptus.

IV. Hæc hic dicitur Imperialis, quia certis S. R. Imperii personis, rebus, causis, actionibus est propria, ejusque administratio certis S. R. Imperii locis est affixa: & quia de eâ præfens est sermo non de alia.

Cur dicta Imperialis.

V. Justitia Imperialis alia est aulica, Imperatoris aula, quo sit cunque loco, adstricta: vulgò judicium Aulicum, alia Spirensis, Spira à Maximiliano I. cum Imperialium consensu constituta: vulgò, Camera Spirensis: illa prior istâ fuit, hæc tempore posterior.

Cuius divisio.

VI. Utraque distinguitur loco, certis causis, & forma: Locus illius est Aula Imperatoris, olim vaga, hodiè fixa Viennæ: hujus Civitas Imperialis Spira, olim Francfurtum: certæ illius causæ, præter eam Camera Spirensi communes, sunt illæ reales, feudales & fiscales Illustrium Imperii Scatum soli Imperatoris cognitioni reservatæ, eorundemque criminalis: forma

Virtusque distinctio.

forma illius est libera, non adstricta civilis juris ordini iudiciario, publicæ intenta tranquillitati, sæpeq; nõ tam juri, quàm rationi status: ob respectus publicos, aut statui Imperatoris aptos. Locus istius est Spira: causæ, præter cum Aulicâ communes, sunt peculiare illæ ex fracta pace religiosa ac profana & Monasteriensi ortæ, causa Criminalis Cameralium: forma, certo ordini inclusa, justitiæ administra: non status rationi, aliisve respectibus obnoxia.

*Virtusque
convenien-
tia.*

VII. Utraque administratur nomine & autoritate Imperatoris: utraque Imperialis est Curia: utraque summam, æqualem, principalem habet potestatem, & concurrentem jurisdictionem, ac mutuam præventionem: at non mutuam avocationem nec inhibitionem utramq; aulica in relevatis.

*Hic de Spi-
rensi agitur.*

IX. Illa præcipuè Imperialis hic notatur justitia, quæ in Camera Spirensi, cunctis Imperialibus ritè eò refugis administratur: cui cuncti Imperiales certo ordine subsunt, nisi certis exempti privilegiis.

*Iustitia hu-
ius Imperia-
lis definitio.*

IX. Estque justitia hæc Imperialis suprema causarum Imperialium eo competentium ab Illustribus personis ritè præsentatis ac probatis, in Camera Spirensi congregatis nomine Imperatoris suscepta cognitio & perfecta adjudicatio; adjudicatarum pronuntiatio, ac pronuntiarum executio.

C. II.

De memorabilibus Justitiæ Imperialis.

*Memorabilia
Instrumenti
Pacis & Re-
cessus Imp.
circa iusti-
tiam Imperia-
lem.
art. V.
qu. 1654.
Recessu Imp.
§. 6 §. 17.
§. 20.
Causa non
redintegrati
Assessorum
numeri.*

I. Multa in Instrumento Pacis memorabilia circa hanc justitiam Imperialem sunt sancita; in iudicio Camera Imperialis advertenda: secundo Imperii Recessu firmata partim reformata, id est, in melius mutata, indeque longè memorabiliora: constituto largiori ac memorabiliori Illustrium Cameralium salario, compleri jussu Assessorum numero, præscripto litium citius finiendarum modo, ordini ac compendio.

II. Benè provisum, non penitus observatum. Numerus enim Assessorum nondum est redintegratus, seu rei inopiâ nummaria, ipsi præsentium hodiè numero imparis, seu quodam Illustrium erga Camera fastidio. Hoc tegunt prætextu litium ibi immortalium, quas ipsi tamen fovere videntur, tractis in longum, datâ sæpè operâ, litigiis. Illam negligunt, prælati suis privilegiis primæ instantiæ, seu Austregarum, & de non appellando: quæ illi in Aulico ac Spirensi iudicio intemerata, Imperiali legi, seu Capitulationi Cæsareæ inferenda, ac commendatissima esse volunt. Et sic negle-

De Justitia Imperiali.

neglectâ Camera Imperiali, negligitur numerus Assessorum. Iisdem quoque gloriosius videtur, lites invicem suas armis quàm legibus finire, accito vel exteri, vel ipsius Imperatoris armato auxilio, quàm aulicò ejus Judicio: rectè nec ne nil refert, fert ita usus abususvè. Sponte an vocatu litigare in Camera Imperiali, more aliorum, quos despectant ut longè infra, iisdem videtur indecorum, minimè verò Imperatore coràm bellare, hoc est, ejus autoritatem minus curare. Hanc irreverentiam quidam quondam Imp. Austriaci quadantenus dissimularunt aliâ quâdam ratione status, minuendæ illorum per proprias invicem glades potentia, suæ indidem augendæ, & unicus in omnes tandem adipiscendæ. Et quanquam sæpè ipsis palàm suadebant viam juris, eandem tamen clam nolebant. Non idem hodiè mos, aut affectatio unius in omnes Imperii est nostro placidissimi ac pacatissimi animi Augusto, suis contento, se uno sua nunc in domo, & uno in consanguineâ, superstitibus.

III. Absque Illustrum in Camera litigiis, satis ibi hodièque supersunt causæ numerosæ, & ut ferunt, decem penè mille, quæ locutorie aut definitivè sunt conclusæ, quæque urgentur: non quæ jamdiu exolverunt, nec amplius partes habent persequentes. His nec redintegratus Assessorum numerus par est: pares quanquam sint omnes, juris peritiâ, & laboris patientiâ: Assignentur licet unicuique quotannis decem (quod nec leges Camera, nec negotia indices influentia in Senatu definitivo, & Audientiæ permittunt) cunctis quingentæ, quæ annis demum viginti finirentur. Ast ubi causarum momenta sint re & correferenda: decemque Assessores, qui vix sufficient, addicentur cor- & referendis quadraginta: quotannisque quilibet quinque, cuncti ducentas annuâ finiant vice, anno omnes demum causæ illæ quinquagesimo evacuatæ erunt. Nunc verò cum hodiè sint saltim Octodecim Assessores nec plures quatuor uno unus in anno referat causas, omnes septuaginta duas, uno omnes tandem finitæ erunt seculo & ultra, hoc est, tempore hominum memoriam excedente.

9
art. V. §. 2o.
v. cetera.

Memorabili
Causarum
in Camera
numerus
longè maior
Assessorum
numero.

C. III.

De diversis tot causarum remediis, imparibus.

I. Refert hic referre diversa à diversis quæsitâ remedia huic causarum moli citius levandæ: neutra sane paria: non privilegia illustrium, quia privilegiariis longè plures sunt ceteri: plures causæ privilegiatæ, & extraordinariæ: pluresque primis instantiæ secundæ & ordinariæ, non solita eorundem ad Camera fastidia, quia iisdem

Memorabilia hæc
remedia tot
causis imparia.

Recess. Ann. 1555. & ei
inferia ordin
Cam. lib. 1.
tit. 1. § 99. lib.
3. tit. 2. 3. § 99.
Ordinat.
Cam. part. 2.
tit. 28. Re-
cessi. an. 1570
1600 Depnt.
Recess. an.
1654
O. C. lib. 2.
tit. 29.

scæpè vel invitis eò eundem, tam crediti jure, quam amissi privilegii primæ instantiæ, ordine procedendi in eo non ritè observato: non summa appellationis variè semper definita: satis magnis semper hodieque ibi restantibus, quia seculis valdè pecuniosis magnæ Magnis principibus crebrius creditæ, nostro nunc inopi ab iisdem ibidem subinde repeti solitæ: aliæ aliis datæ mutuo aut aliàs debitæ suo quæque judicio reddi justæ, nec redditæ: interjectâ ad Cameram appellatione, veluti effugio ac mora solutionis: nec appellationis gradus, quia non ubique sunt subalterna judicia: aut ubi sunt & adeuntur, rarè in sententiis dissentient, quod parti alterutri plerumque displicet, & inde gradum facit ad Cameram: non concursus Aulici & Cameralis judicii, quia æqualis causarum partitio non simul concurrat, quam non fert Imperialium libertas procedendi utrolibet: interdum nec partium egestas, & sumtuum in Aulico gravitas, nec Aulicorum constans gravitas. Levando olim Aulico judicio institutum Camerale, nunc ipsum levandum.

Imparia,
propiora
quanguam
illa in Re-
cess. An. 1551.
§ 25. 1557.
1654.

An. 1654.

Visitationes
huic malo
utiles. & me-
morabiles,
ritè & fre-
quentius
actæ.

Memorable
proximum
ac penè par-
malo visum
remedium.

II. Propiora videntur remedia malo, illa in superioribus relata Imperii Recessibus, maximè in posteriori. Sed illa minus observata, causarumque hodiè cumulo imparia numero ac tempore: sive decem saltim extraordinarii in biennium: sive sedecim in annum & ultrâ Ordinariis addicentur Assessoribus, decidendis citiùs causis, quatuor ab Imperatore, sex à sex tùm Electoribus, totidem à sex Circulis, jus præsentandi tùm habentibus: quorum quidem numerus, aucto Electorum & Circulorum numero, augeri poterit. Hæc, in posteriori Recessu, utilissima: abolito illo longiori multifariam juris formularum in Camera hæctenus solitarum circuitu, breviori formularum usu introducto, in utraque instantia: sed nec ista sola tot hodiè sufficiunt causis.

III. Visitationes Cameræ in ea multa multoties mutarunt in melius, & huic oneri multùm consulere possent, modò essent frequentiores, & Visitatores volentiores, nec tam tardè præsentés, aut planè absentes, non habito multæ metu: aut modò essent rectè jam constitutorum observantiores, aut melius constituendorum magis providi.

IV. His hodiè Visitatoribus Cameræ primam audio curam fore, non reducendi modò, quæ olim consulta visa, sed ampliandi etiam numerum extraordinariorum: hoc est, adjungendi octodecim, qui nunc sunt, Assessoribus ordinariis, quadraginta duos extraordinarios, subministrandos tres ab Imperatore, septem à Collegio Electorali, triginta duos à reliquis Circulis Imperii, aur redintegrandi eorum numerum pace monasteriensi definitum, adjunctis adhuc decem à Circulis extraordina-

ordinariis, veluti eorum adjutoribus: qui omnes omnia peritiam juris, usu, labore pari, religione dispares, universim sexaginta, quadraginta vacant referendis, viginti correferendis causis: assignatis singulo singulis annis quinque, omnibus, ducentis.

v. Cum verò annus Cameralis dies habeat fastos, ne fastis non computatis, saltem ducentos & octodecim, illo numero minores detrahendi quidam videntur de nefactis: detrahi autem nisi impiè non possunt à diebus DEO Sanctisve sacratis, rectius ab aliis civiliter concessis Camera: fortè quatuor ab illis 14. vigesimum quartum Decembris inter & sextum Januarii: tres ab illis 8. Dominicas inter Esto mihi, & invocavit: quinque ab illis 15. palmarum inter & quasimodogeniti Dominicas: tres ab illis 8. Dominicas inter Vocem jucunditatis & Exaudi: duo ab illis 9. Pentecostem inter & Trinitatem: viginti denique ab illis 38. inter octavum Julii & quartum dextrimum Augusti: qui collectim faciunt dies triginta septem, additi illis 218. constituunt 255. quorum 55. infumendi re & correferendis, ducenti definiendis causis: undecim dies singulo ad singulam causam, quinquaginta quinque dies ad quinque causas, dies ducenti reliqui sunt iisdem definiendis & expediendis: sic, ubi tot extraordinarii continuè sustineri poterunt, omnes expedirentur dimidio seculi: at, quia hoc grave nimis videtur, extraordinarii non continuo seculi dimidio, sed novem diversis saltem quadriennis, hoc est, annis saltem sustentandi triginta sex, nec his continuis, sed interjectis totidem quadriennis Ordinariorum. Sic, relatis à singulo quinque, à cunctis quadraginta ducentæ quotannis: in primo utrorumque quadriennio diremte erunt causæ octingentæ: quo elapso, extraordinarii dimissis, cunctis feriis iterum admissis, relatisque à singulo Ordinarie quatuor quotannis, ab octodecim duabus & septuaginta, expeditæ erunt ducentæ & octuaginta octo, in primo Ordinariorum, quadriennio: in novem quadriennis extraordinariorum, retentâ dictâ distributione, & calculo extraordinario, 7200. in novem Ordinariorum ordinario retento calculo, 2992. atque sic in hoc diversorum decursu bis novem quadrienniorum sex annorum septuaginta duorum expeditæ erunt omnes illæ & ultra, hoc est, 10192.

vi. Placebit illustri collegio singulos adjutores aut extraordinarios, eodem, quo Ordinarios, juramenti vinculo adstringere, causas eodem silentii secreto, quo receperunt, custodiendi, eadem religione, sine intuitu diversæ, re & correferendi: placebit hos presentantibus eodem, quo ordinariis, annuo salario sustentare: ac ne hoc ipsi sit nimis grave, partes victrices junctim omnes pro cujusque causæ

Defectus huius remedii suppleendus auxilario anni Camera: quem inter & Asseffores Ordinariorum & extraordinarios causa divise relata, erunt expedita annis 72.

Extraordinarii eadem sacramenti & silentii religione quadringentis ordinarii adstringendi, eodem dotandi salario.

summa contribuant, quodque expensum est, præsentantibus restituant; partes contra victæ victricibus expensas judiciales, non facillè admissarum compensatione.

*Qua causa
que non ad-
mittenda in
novem qua-
trienniis ex-
traordinariis*

VII. His novem quadrienniis extraordinariis nullæ admittendæ causæ novæ, primævè instantiæ, nisi privilegiatæ & extraordinariæ, quæve non patiuntur moram, mandatisve expediendæ sine clausula: illæ relinquendæ Ordinariis: nec instantiæ secundæ, ne, qui diminui debet, crescat causarum numerus: cessantibus interea fatalibus appellationum, his ipsis cessantibus: itemque audientiis, aliisque negotiis minus necessariis: ne non his quadrienniis extraordinariis omnes & singuli causis jam conclusis, sententiis interlocutoriis aut definitivis expediendis melius vacari possint: Neverò proflus ibi vacent jurati causarum patroni, hi ipsi, qui possunt, inter extraordinarios admittendi: admitti autem possunt ii, & ferè omnes, qui causas, quas referre aut correferre debent, non orarunt antea: reliqui, ut & procuratores alii, vacare possunt causis illis extraordinariis, aliisque in his quadrienniis admitti solitis.

*Alius com-
modior isto
modus con-
stituendi
quatuor or-
dines Sena-
torios.
An. 1557.*

IX. Multis modus iste referendi ac definiendi dicto dierum spatium videtur commodus: commodior alter ille ex superiori resumendus Recessu imperii, quatuor constituendi ordines senatorios, & in uno quoque quindecim viros ex ordinariis & extraordinariis selectos; ordo primus actis vacet conclusis referendis, alter decidendis, sententiis concipiendis, publicandis: tertius negotiis audientiæ. Quartus aliis influentibus negotiis quibuscunque. Singuli ordines alternent negotia singulis annis, ac quadrienniis. Hac ratione putant omnia fore eadem, manere pristinam senatus definitivi & Audientiæ formam, Advocatorum & Procuratorum (extraordinariis justitiæ Cameralis ministris aliunde accitis) operum, causarum admissionem novarum, fatalium curriculum.

C. IV.

De memorabili alio tot causarum finendarum remedio.

*Informa-
tionum re-
mediorum.*

I. Istâ annorum serie utrobique visâ, nimis longâ, moli causarum, aliisque momentis parum commodâ, Camera Spirensi nihilominus manente in præsens & in posterum oneratâ, ob dilatas aut non admissas interim causas modo numeratas, pluribus, ac fere plerisque Imperii statibus placuit de alio cogitare remedio convenientiori.

II. Consultius visum, placito Imperatoris & Archi Cancellarii Imperialis, duas adhuc alias construere summas Imperii Curias jurisdictionis,

cundi, unam ad Danubium Ratisbonæ, alteram ad Albim Magdeburgi, ubi aliàs juris Weichbildici dicasterium est: pari cum Spirensi potestate, dignitate, autoritate, iisdem prærogativis, privilegiis festis ac diebus: servato saltem honoris ordine primo Spirensi, ut antiquiori, altero Ratisbonensi, ut illustriori, tertio Magdeburgensi, ut digniori: dato cuique Imperatoris sigillo ad fidas Directoris Cancellariæ manus: retento utrobique novissimo procedendi modo ac ordine: introductâ utrobique eâdem appellationum in frequentiâ, majoricarum repagulo subalternis obstructo judiciis.

III. His Imperii Curis ritè constitutis, assignandi sui cuique circuli, cum circularium causis Imperialiter eò competentibus, translatis à Spirensi ad quamque actis causarum nondum conclusarum; jam conclusis Spiræ definiendis: manente utrobique regulâ diversos inter Curiales communi, actorem sequi forum rei, situmque honorum.

IV. In assignandis suis cuique curiæ circulis circumspiciendum quot & quales, secundum cujusque situm curiæ quàm proximum suæ, unicuique dandi cum suis causis: deinde quot in quolibet cuique assignato circulo sint status, loca, collationes, pro quorum numero numerus Curialium in unaquaque & eorundem salaria constituendo.

V. In Decem totum divisum est Imperium Circulos, ut notum, notos. Austriacus loco & honore primus, Curia Imperiali exemptus, habet status quàm plurimos, loca præcipua 467. suppeditat collationes liberales Camerae annuas 750. Imperiales. Collationes enim Camerae annuæ Anno 1567. auctæ, 1654. à florensis in Imperiales evectæ sunt. Burgundicus, Curia Imperiali ferè itidem subtractus, habet status nonninetenus tales, XIX. loca 242. collationes infert pactitias, 1000. Electoralis seu inferior Rheni continet status XIII. loca 121. collationes 2498. Bavaricus status XX. loca 163. collationes 2269. Superior Saxonicus status XXVII. loca 310. collationes 3224. Franconicus status XIX. loca 150. collationes 3019. Sævicus status XXIV. loca 236. collationes 7421 Superior Rheni status L. loca 200. collationes 2284. Westphalicus status XXVII. loca 181. collationes 3455. Inferior Saxonicus status XX. loca 224. collationes 2265. collectim sunt Circuli Imperiales X. Circulares status CCLX. loca præcipua CCLXXI. (statibus, locis Austriacis & Burgundicis non connumeratis) collationes (Austriacis & Burgundicis annexis) 28185. salvo calculo Computatis veris statibus, liberis & rogatis Camerae Imperialis debitoribus, morosis quidem: Recentibus principibus, Comitibus, exemptis, litigiosis, non comprehensis, ad supplementa collationum servatis.

Remedium
ceteris præ-
ferendum.

Sui cuique
curiæ assignandi
circuli
cum suis
causis.

Sui cuique
quàm proximi
assignandi:
in assignatis
notam
de status,
loca, collationes.

Numerus
Circularium,
circularium
statusum lo-
corum, colla-
tionum.

Recessu Im-
per. S. 14.

*Commoda
Circulorum
in tres curias
distributio.*

VI. Placito Imperatoribus, Archi-cancellarii, statuumque Imperii, Camerae Spirensi commodè assignari posse videntur quatuor Circuli, Inferioris & Superioris Rheni, Burgundiae & Franconiae Ratisbonensi tres, Austriacus, Bavaricus, Suevicus: Magdeburgensi totidem, Superioris & Inferioris Saxoniae & Westphaliae.

*Numerus
statuum lo-
corum colla-
tionem in
Circulis cui-
que Curia
assignatis.*

VII. Assignati Camerae Spirensi quatuor illi Circuli universim habent status (omissis Burgundicis) LXXXII. loca expunctis iisdem 471. Collationes, 8801. Tres illi Ratisbonensi dati summatim habent status LIV. loca 399. (exemptis utrobique Austriacis) collationes, 10440. Tres Magdeburgensi repositi junctim habent status LXXXIV. loca 715, collationes 8944.

*Curiales in
quaque Cu-
ria, maiores,
minores, me-
dii & mini-
mi.*

IX. His politis, de numero Curialium: deinde de eorum salariis dispiciendum, Curiales principales sunt, Judex, Praesides, Assessores: minores sunt ejusque Curiae ministri, director cancellariae & praefectus tabellariorum, Generalis Fiscalis, & Advocatus fisci: medii sunt, Advocati & Procuratores. Minimi, protonotarii, notarii, lectores, fisci notarius, quaestor, receptor, Magister nunciorum, completor, ingrossatae, copistae, pedelli: minister Cancellariae, nuncii equites & pedites.

*Numerus
Iudicum ac
praesidum in
tribus curiis.*

IX. Honori relicto Imperatoris unum cuique dare Judicem summum, ejus gerentem vices, Principem Imperii, non-regentem: alterno Catholicum & acatholicum quadriennio, mortuo intra id tempus parem successorem, duos itidem praesides. perpetuos, diversae religionis, mediocri fortunae Comites: Universim, tres Judices: sex praesides trium curiarum, Curiae jam praescutatis Spirensi, ibi relicto principe regente, ac praesidibus.

*Numerus
Assessorum
in quavis
Curia.
Viginti in
Spirensi.*

X. Numerus Assessorum secundum numerum Circulorum & statuum cuique Curiae assignatorum facilius definiri potest, quam collationum, quia haec plurimis impares, paucis causis, exactius ex istarum numero, si posset iniri. Interea quatuor illi Circuli Curiae assignati Spirensi videntur praesentare posse viginti Assessores diversae religionis, status Inferioris Rheni, seu quatuor Electores octo: tres Ecclesiastici sex Catholicos, Palatinus & reliqui status duos acatholicos: Burgundicus, duos acatholicos: status Superioris Rheni sex, tres catholicos, totidem acatholicos: Status Franconici quatuor, duos catholicos, totidem acatholicos: Tredecimque ibi erunt Catholici, septem acatholici: additis Judice & altero praeside catholicis, altero acatholico, erunt ibi Curiales majores quindecim catholici, octo acatholici, cuncti viginti tres: ibi jam praesentatis, relictis, additis duobus. Tres illi Curiae sepositi,

sepositi Ratisbonensi quatuordecim, Elector Bavaricus duos catholicos, status circuli Bavarici duos, Catholicos & tot acatholicos: status Suevici octo, quatuor catholicos, quatuor acatholicos: Assidebuntq; ibi octo catholici & sex acatholici, cum Iudice & altero præside, decem Catholici, cum altero præside, septem acatholici: cuncti septendecim Curiales majores eò remissis, nunc Spire morantibus dictorum Circularum Assessoribus. Tres reliqui Circuli Curia annumerati Magdeburgensi sedecim: Elector Saxonix duos, acatholicos, reliqui status Superioris Saxonix merè acatholici quatuor: Elector Brandenburgicus duos acatholicos, reliqui status Inferioris Saxonix, unum catholicum, & unum acatholicum: status Westphalici sex, tres Catholicos & totidem alteros: atque sic hæc Curia saltem quatuor habebit catholicos, reliquos omnes acatholicos: junctis Iudice & altero præside sex Catholicos, cum altero tredecim acatholicos universim novendecim: Curiales majores eò appellatis à dictis circulis Spirensi jam præsentatis. Tres collectim quinquaginta Assessores, numero in I. Pacis definito; auctis duobus adhuc iudicibus & quatuor præsidibus: quinquaginta novem, Curiales principales. Si quis variare velit numerum in una quaque, per se licebit, parem in religione nunquam faciet, ob status, numero & religione dispares.

Quatuordecim in Ratisbonensi.

Sedecim in Magdeburgensi.

XI. Muneris est Archi-cancellarii Imperialis in una quaque Curia constituere Cancellariam, & in quavis Cancellaria idoneos ministros, unum cujuslibet directorem, seu præfectum tabellariorum, unum fiscalem & fisci advocatum, Medicum quæstorem magistrum nunciorum, duos lectores, unum pedellum, duos nuncios equites, totidem pedites & collectim, tredecim, duodecim salariis sustentandos.

Numerus Curatorum Cancellaria in quavis Curia.

XII. Numerus Advocatorum Procuratorum quavis in curia pro partium litiumque incerto numero indefinitus, ne tamen excedat vicenarium, protonotariorum, notariorum, copistarum, ingrossistarum, non ternarium Supernumerarii in Curia Spirensi Advocati ac Procuratores, notarii, lectores, ingrossitæ, Copistæ, Nuncii equites & pedites, in reliquis duas distribuendi curias, si cuique voluntas & commodum sit.

Numerus Advocatorum ac procuratorum.

XIII. His Curiis, ab Imperatore ac Imperio placitis, ac constitutis, Cancellariis, earumque ministris ab Archicancellario Imperii ubique ordinatis, diplomatibusque ab eodem ad cujusque Circulari Principes directores, missis, non graventur illi suis movere edictis Circulos ad quamlibet spectantes Curiam, ut, præsentatis ab Imperatore cujusque Curia Iudice ac præsidibus, & ipsi suos Assessores Idoneos, id est, jurium

Modus præsentandi, probandi Assessores futuros & quales & coram quo.

jurium, communis, publici seu Imperialis, statutarii, consuetudinarii in cunctis Curia assignatis Circulis, peritos, consultos, exercitatos, ac laboriosos, ad novas Curias electos præsentent coram Archi-Cancellario: qui deinde ab ejus deputatis ritè & exactè probati, dimittendi ad suam quisque Curiam noviter constitutam. In decedentium locum iidem Circuli ab Illustri cujusque Curia collegio admoniti alios, duos aut tres, idoneos intra legitimum tempus præsentent coram eodem Archi-cancellario, aut Curia Visitatoribus, non coram cujusque collegio, ut hætenus in Camera Spirensi fuit in usu & abusu legis, quodam cum præsentantium ac præsentatorum dedecore ac rubore: cumulatè cum collegio forte præsentari, probari, ac recipi possunt, at non videtur hoc ulli collegio aut curia privativè concedi posse, minns D. D. Assessoribus jam præsentatis, qui, bonâ eorum pace dictum esto, & ipsi immediatè à Circulis ac Statibus, à quib. dati sustentantur, post ab Imperatore ac Imperio, quorum demum nomine fulgent, certo modo dependent: unde hi in hos noviter præsentatos, initid parùm impares, mox pares collegas, par non habent imperium, aut quoddam relationis genus, ut solo ipsorum lubitu, ut fieri solet, præsentatos diu morentur, sæpè aliis, quàm justis de causis remissos, quàm admissos. Convenit hoc honoris Imperatoris, & Archi-Cancellarii, muneris visitatorum, judicio præsentantium, præsentatorum meritò: Jubebit itaque Archi-Cancellarius acta jam conclusa, ex cujusque curia cancellaria & archivo depromere: per suos Deputatos præsentatis ad referendum offerre, per eosdem de eorum relationibus judicare, ad curiarum collegia eas referre: quæ denique præsentatos ac probatos, ut collegas recipiant, solito devinciendos juramento.

*Magna &
varia tractata
Curiarum
nilitas.*

XIV. Hoc trium Curiarum administraculo, & numero Assessorum in I.P. definito, unicum Spirensi assignato nunc in tres diviso, auctis saltem duobus adhuc Judicibus, quatuor præsidibus, octodecim cancelliarum ministris, ibitur consultum Oneri Unius mole causarum hætenus obruta, celeriori in Imperio Justitiæ, tot Electorum, Principum, Comitum, Immediatorum mediatorum statuum, Nobilium ignobilium, quorum documenta in una Spirensi, ob litium copiam, putrescunt, familiis & fortunis; partium litigantium sumtibus, longorum ad unam Spirensis itinerum tædiis, novorum Judicum ac præsidum, id est, principum & Comitum secundò aut tertid genitorum honoris, dignitati, commoditati, tot ubique JCTorum, parum occupatorum, aliorumque forensium virorum rei minus lautiori: invitabuntur eodem Illustriores à ludicris ad quandam literarum & jurium, ut olim
ita

ita hodiè, cognitionem, ab otio ad negotia, alii jurium cultores ad majorem industriam, non sine magno S. R. Imperii fructu, honore, ac decore.

C. V.

De numero salariorum in quavis Curia,
 & eorum conquirendorum
 modo.

I. Tædiofo hæctenus labori succedit alter longè molestior, ac difficilior, ultimus loco, necessitate primus, de conquirendis Curialium salariis. Illæ decem Circularum, ducentorumque & sexaginta statuum circularium collationes supra computatæ 2818s. numero, qui hodiè est Spiræ, Curialium, verè solutæ fortè sufficiunt, at lentâ causarum expeditione: impares majori extraordinariorum in curia Spirensi, aut quinquagenario nono Curialium numero in tribus curiis, etiam secundum Cameræ matriculam, & nuperum Fiscalis calculum numeratæ 31497. quarum pleræque morosè, quædam planè non solvuntur: quarundem vix tertia pars quotannis penditur.

Collationes
 ordinaria
 impares ex-
 traordinarii
 remediis.

An. 1672.
 22. Junii.

II. Sunt, qui Curialium salaria minuenda putant, divis in tres nunc Curias Causis, indeque deminutis: ast hoc iniquum, & nupero Imperii Recessui minus conforme: quin & veritati: non ideo eorum diminuti labores, causis licet divis, & respectu unius Spirensis diminutis, iidem labores in causis ad tres illas Curias affluentibus manent, meritoque eadem salaria.

Causis in
 tres curias
 divis, &
 diminutis,
 non ideo
 minuenda
 Curialium
 salaria.

III. Cum sint in Curia Spirensi Serenissimus Judex & duo illustrissimi præsidēs, ibique esse debent viginti consultissimi Assessores, & tredecim Cancellariæ curatores ac ministri, quibus annua sua salaria suppeditanda, hæctenus solita, Judici 4400. duobus præsidibus 2742. viginti Assessoribus 20000. duodecim curatoribus ac ministris Cancellariæ suum cuique partim, summatim 2508. Omnium Spirensium Curialium salaria collectim erunt 29740. Imperiales. At quatuor illorum circularium huic Curia assignatorum & in iis octuaginta duorum statuum annuæ collationes ordinariæ sunt saltim 8801. supplendi ergo sunt 20939. In Curia Ratisbonensi Judicis salarium annuum itidem est 4400. duorum præsidum 2742. quatuordecim Assessorum 14000. duodecim cancellariæ

& Numerus
 salariorum
 in Curia
 Spirensi.

ria ministris 2598. cunctorum salaria facient 23740. Trium vero Circulorum huic Curiaë datorum, inque iis quinquaginta statuum collationes annuæ sunt duntaxat 10440. supplendi igitur 13300.

In Curia Magdeburgensi Judicis salarium 4400. duorum præsidum 2742. sedecim Assessorum 16000. duodecim Cancellariaë administris 2598. collecta hujus curiaë salaria numerantur 25740. Trium autem Circulorum huic Curiaë sepositorum, inque iis octuaginta quatuor statuum annuæ collationes, sunt tantummodo 8944. inde supplendi 16796. adeoque supplementorum universa summa est 51035. Collationum annuarum, præsupposito, quod rite solvantur, solum 28185. illaque his majora 22850. salvo ubique errore Calculi.

*Vnde sumenda supplementa Camerae Spiren-
sis 20939.*

IV. Quæritur nunc unde ista supplementa 51035. sint sumenda: ac primo Curiaë Spirensis supplementa 20939. quidam constanda putant partim à recentioribus Imperii Principibus ad Inferioris Rheni, Burgundiaëve Circulos Spirensis addictos Curiaë pertinentibus: auctâ enim eorum dignitate, & augenda collationes: partim à nonnullis Comitibus hæctenus exemptis, aut litigiosis, partim ab Equestribus liberis, quâ membris Imperii: partim ab ejusdem Circuli commendatura, prælatura, tribus Abbatibus, quatuor cœnobiis: partim à Superioris Rheni Circuli principatibus, & comitatibus hæctenus exemptis, numero sex: item à Ducatu Sabaudiaë, quâ ejus Dux vult haberi & esse princeps Imperii, ac per Italiam vicarius Imperatoris: partim à triplici Equestrium ordine libero Rheni, Wetteraviaë, utriusque Asiaë: partim à decem ibidem Abbatibus ditissimis, tribus prælaturis, novem cœnobiis: partim à Circuli Franconici sex classibus Equestrium liberorum, prælatura & Abbatia una, viginti duobus monasteriis, tam sacris, quàm à sacro ac primævo usu alienis: tandem & à partibus ibi jus petentibus ac obtinentibus pro modo Causarum, ac pro facultatibus modò memoratorum circularium. Hinc supplementum Curiaë Spirensis constabitur, sine magno onere: nec graviter passuri Ecclesiastici aut religiosi, quædam ab eorum bonis abradi in usum justitiæ, veluti piaë causæ, nec ad eò reliqui, hæctenus exempti, liberi Nobiles, aut partes litigantes, quia omnes ejus Curiaë jure ac beneficio utuntur.

*Pro Curia
Ratisbon.
unde illa sumenda
13300.*

V. Supplementa 13300. pro Curiaë Ratisbonensis salariis, haberi possunt vel à quinque recentioribus in Austria principibus imperii, vel ab octo exemptis Episcopatibus, duobus Ducatibus, comitatibus, duabus Abbatibus, una prælatura, sexaginta septem cœnobiis in Circulo Bavariaë: in Circulo Sueviaë à quinque abbatibus, una prælatura, à quadragin-

draginta novem cænobiis, sacris partim, partim secularibus: à quinq; im-
mediatorum Equestrium Ordinibus.

VI. Supplementa 16796. pro Curia Magdeburgensi conquirenda *Vnde positen-
da pro Curia
Magdebur-
genfi.
16796.*
in Circulo superioris Saxonix à quatuor Episcopatibus secularibus, à
tredecim monasteriis aut Abbatii acatholicis in circulo inferioris Saxo-
nix ab octo Episcopatibus acatholicis ultra ordinarias collationes
aliquid etiamnum abradendum, à triginta sex cænobiis abbatii sive ple-
risque acatholicis: in Circulo Vestphaliæ à viginti octo monasteriis aut
Abbatii.

VII. Summa profectò erit difficultas possessores illorum locorum in
Imperio persuadendi ad conferenda illa supplementa, major eadem ab
iisdem exigendi, ecclesiasticis maxime ac religiosis, qui malunt, quàm
dare, accipere, adhibita etiam Imperatoris, Archicancellarii, & reli-
quorum volentium statuum autoritate & operâ, Fiscalium mandatis exe-
cutorialibus S.C. imò ipsius Herculis clavæ: quia hæc Imperialis justitia
parum curatur: illis quanquam rite inter supplentes distributis, suam
quisque partem sine gravi onere conferre possit, modò velit: si ea ta-
men nullo fortè modo obtineri possint à pervicacioribus, ideo de alio
memorabili modo eorundem conquirendorum cogitandum erit: quo
de dispiciendum in sequenti tertia hujus libri primi parte de ærario Impe-
riali: quod unum deest Imperio, quod unum est necessarium Imperio,
quod unum necessario constituendum est in Imperio.

*Difficultas
Obtinendi
illa, non ob-
tentis, mo-
dus conqui-
rendorum
alias inven-
niendus.*

C. VI.

*De oratione judici Camera quondam attributa
huc aliunde relata ob argumenti confor-
mitatem pro rite ordinanda
Justitia imperiali.*

1. Huc prius, quam finiam hanc de justitia Imperiali partem, refert refer-
re illud Orationis genus eadem de re, non pridem nimis ab anonymo pro-
ditum sub nomine Serenissimi Principis Badensis Cameræ Spirænsis Summi
Iudicis, recte prorsus hæc de re sentientis; quod unà ad tres novas referri
potest curias: Redintegrabit simul illud legentium animos, quia suave, con-
cinnum, nervosum, validum sensibus, planè Regib. ac Principib. dignum:

*Memorabi-
lis istius
orationis
stilus.*

Tacit. 13.
An 3,5.
Cassiod. lib.
10. ep. 4.

Tacit. 13.
An 3,3.

Tale quondam callebat Imperator Tiberius, qui singula verba expendebat: Tale Gothorum Regina Amalafuentha, qua de Cassiodorus: Audiant hic Principes, quod sub admiratione cognoscant: paucis verbis sensus clauditur infinitur: & summa facilitate componitur, quod ab aliis ne sub longa deliberatione formatur: Tale & Seneca, cujus stilo Nero usus in funebri laudatione claudii: Tale quoque Symmachus, quod de scriptor Anonymus.

Symmachus in verbis parcus: sed mente profundus,
Prodigus in sensu, verbis augustus, abundans:
Mente, sed ore minor: fructu, non fronde, beatus,
Sensus, divitias, verbis, brevitate, coarctat.

Tale denique ille Societatis Jesu Pater in concinnandis præcipuis sacrorum librorum gestis: alii que hodiè plures, quos hic referre super se deo, quia ipsi nolunt innotescere. Illud autem tale est, ne forte ingrata legentibus ut legi debet, attentius.

Illud autem tale est, & attentius legendum, si placet.

I I.

Memorabilis
ipso hodie in-
dex Camera
ob familia,
& iustitia
claritatem.

Mea Badensium familia ex Habsburgica ortorum,
Semper enituit in bello, nec obsolevit in pace.
Majores illius ac posteros & toga & arma honestarunt;
Jacobum præcipuè Marchionem Iustitia;

Qui,

Quod latronum rabies rapuit viatoribus,
Suo de fisco restituit:
Bernhardum Marchionem,

Qui,

Ut vices ipse gereret,
Ab Imperatore Sigismundo Judex datus,
Marchiones Badenses vel mortuus rogavit iustitiam.

Nunc,

Immortalibus immortua litibus Germania,
Me Marchionem,
Wilhelmum Eduardi Fortunati F.
Christophori ex Gustavi Sueciæ Regis Filia nepotem,
Lineæ Badebadensis propagatorem:
Non sine Dei providentia Cæsaris judicio ac vice,
In Camera Imperialis judicio judicem,
Vestrâ omnium veniâ,
In præsens de iustitia hunc ad modum ut referrem,

Rogavit

21.

Rogavit & iussit.

III.

Bene ac sapienter in nupero Imperii Instrumento.

Visum provifum

Adminiculis Iustitiæ adversus ejusdem remoras quascunque

Refectas

Uti ibidem propalam,

In omnibus penè judiciarii ordinis modis ac momentis.

Quorum pleraque

Non sine singulari ordinum Imperii curâ,

Curata satis ac prospecta celerandæ in Curia Iustitiæ.

Quæ sine nulla diu possunt subsistere regna:

Quædam tamen,

Ut multis æ quiprudentibus visum,

Curatiora curanda, & si placet, ordinanda super est,

Hic saltim monenda,

Magis celerandæ in Curia Iustitiæ,

Executioni imprimis:

Qua sine omni inanis actio, sententia inutilis & inutilis,

Instar Campanæ sine malleo, sine pulsu, sine sono.

Quorum quod in Camera plerumq; ultimum, id heic primis esto monendū.

*Memorabilis
eiusdem de
iustitia eius-
que execu-
tionis senten-
tia.*

IV.

Acciendos,

Ordinarios præter visitatores, vix visos hæctenus,

Viros tot idoneos,

Ex cunctis Imperii Ordinum curiis,

Quot sufficiant,

Celerius vacandis revisionibus,

Causæ plerumque desperatæ effugiis,

Sententiarum quotquot datarum rimis,

Exsequendarum remoris,

Jameumulatis,

(Non amplius cumulandis jam remedium jure novissimo proditum)

Non dimittendos,

Revisis nisi omnibus,

Sustentandos,

Sportulis aut his imparibus, pecuniæ deposito,

*De ascen-
dis admini-
stris visita-
toribus Ca-
meræ.*

Cc 3

V. A.

*De Assessorum admi-
nistris, omni-
umque va-
catione.*

Alterum est:

Afiscendos,

Undiquaque ex Imperio

Pares Assessoribus administratos,

Hos inter dispertienda acta:

Celerius referendis jam conclusis definitivè causis veteribus:

Servato priorum ac posteriorum ordine:

Nec exauctorandos,

Expeditis nisi omnibus, sententiis publicatis, & effectis.

VI.

Curandum tertio,

Ne,

Ut olim, ita nunc,

(Benè quanquã, invento procedendi in utraq; instantia, ordine novissimo)

Inventa fraus ordinis,

Partium vafritie

Advocatorum altercatione,

Ne,

(Benè quanquam ordinata Assessorum copia,)

Inordinata eorum vacatio,

In Audientiis, Relationibus, processibus, interlocutoriis decernendis,

Quib. tempus & operam impendunt, impendendã decernendis sententiis,

Ne denique

(Benè quanquam constituto Procuratorũ numero ac procurandi ordine)

Sera nimis eorum revoluta procurandi periodus,

Distantia tandem à Camera locorum spatia,

Judicia tardent:

VII.

Itaque primò,

Cavendam puto partium vafritiem,

Abolito prorsus perarticulatos libellos probandi ac procedendi modo,

Ne forte partes vel à concessis in R.I. relabuntur ad priores

articulorum excessus:

Quibus Factum

Interrumpitur, obliquatur, obscuratur,

Judex tot obturbatur jurium annexis,

Partes variis intrlicantur artificijs, difficulter extricandis

Lis ipsa non procedit, tot impedita an fractibus,

*De inordi-
nata Asses-
sorum Parti-
um, advoca-
torum va-
catione.*

*Memorabi-
les eiusdem
causæ, pri-
ma de Parti-
um vafri-
tis.*

Rei quidem,

(Loco claræ ad libelli articulos responsionis,)

Effugiis, jurgiis, suspicionibus,

Exceptionibus contra libelli ineptitudinem,

Novos alios responsione indignos:

Actoris verò,

Contrario risu, ac obstreperitu,

Adversus tamen datas à Reo responsiones,

At nimis communes, aut incongruas;

Conditione aut alio vitio infectas juridico:

Judicis denique interloquio,

Item juramento dandorum, respondendorum,

Novis inde deductis altercationibus,

Novo sedandis interloquio,

Sæpè non sedatis, interloquii momentis disputatis:

Non æstimatis, æstimatore vel iudice, sufficienter responsis:

Aut ulterioribus jussis,

Aut nullo causæ, nullo actoris bono, allatis;

Minima articuli parte falsâ, toto pro falso habito:

Absque perjurio quasi.

Apage hinc.

Hunc agendi inordinatum ac perplexum ordinem,

Hunc scriptorum cumulum culmumque inanem

Istiusmodi salutem juridicam cum cruciatu qua advenit.

Par est iste modus tribuendi jus suum experienti,

Modo tribuendi penum esurienti:

At clausam,

Recludendam clavi: at grandi nimis aut de tortâ,

Nec reclusam, esuriente nisi penitus deficiente:

Similiter jure non reddito, hæc reddendi formâ,

Experiente nisi expirante,

Aut ad incitas redactæ.

VIII.

Denique quoque

Cavendam Advocatorum altercationem,

Prohibita articulorum, scriptorû, superscriptorû, consiliorû, multitudine,

Vix ferenda à decem bajulis,

Jurium allegatione, disputatione superflua,

Unde partes mediam, iudex rædium, Causidicus prædium concepit.

Contrâ,

*Altera can-
rela de Ad-
vocatorum
altercatione.*

Contra,

Recepto simplici procedendi ordine.

Hoc est,

Clara, perspicua, distincta narratione,

Factum factique momenta,

In quibus cardo rei vertitur,

Nervosè exponendi

Judici, parti.

Pari fide respondendi

Nulla scripta admittendi,

Nisi

Preces vocandi in jus.

Mandata procuratoria,

Genus actionis,

Gravamina appellationis,

Exceptiones, replicas,

Duplicas, responsiones,

Interrogatoria, instrumenta:

Termino quæque suo, Jure novissimo præscripto.

Judex sanè

Omnium juris prudentium judicio,

Tria duntaxat scire debet,

Factum ut à partibus relatum.

Facti veritatem, ex partium, testium instrumentorum, juramenti fide natæ,

Jus, ex facto.

Hoc

*Quod judex dicere, discere non debet ab Advocatis,**Scire ipse debet:*

Misera curia, malè curatum judicium,

Ubi judex applicationem juris ad factum

Hoc est,

*Sententiam**A partibus & Advocatis discat.*

Priora autem duo discere debet à partibus.

Optimè quidem,

Actore factum nudè ac rotundè narrante: |
Additis clausulis salutaribus, instrumentis probatoriis,*Originariis ac transumptis**Reo, quæ ad suam faciant defensionem, allegante,*

Nil reticente,

Secus non audiendo amplius.

Quo quisque modo respondet, id facti est.

Ad Judex ex responsionibus ipsis, non juris allegationibus, colligit,

An responsiones juri & judiciario ordini congruant,

Et an ulteriores dandæ, id juris est:

Ad judici absque arte rabulæ notum:

Juramenta calumniz,

Quod à procuratore pro se, & in partisanam præstandum,

Præstigarum veluti plausu exploso:

Jurare & ignorare non conveniunt.

Jurat procurator, qui ignorat,

Quid in facto negandum, affirmandum:

Id Advocatus articulorum campilator novit:

Jubet procuratorem jubere pars ignara ipsa,

Quid vi juramenti negatum, affirmatum:

Sic cedit juramentum in perjurium

Divini Numinis & nominis approbrium.

Probationis quoque puncto, ex puncto illo, nullo admisso,

Qui non relevat:

Qui ex partium arbitrio, non narratorum natura fuit:

Quem Partus, non judex necessarium reputat,

Pro arce causæ:

Judicis est, cui fit probatio, non partium judicare de probandis:

Facto sic patefacto,

Jus nulla mora ambit factum,

(21) Discernit, dijudicat, addicit

Condemnat, absolvit,

Judicis ministerio:

Modo hoc celerandæ in Curia Justitiæ optimo.

IX.

Tertio

Acta assessores inter L. (tot constitutos, nondum datos) dividenda.

Dividendi assessores ipsi in V. Classes

Ordinandi VI. quavis in Classe,

Celerandis novorum in Camera Relationib. inde serendis votis:

Celerius novis expediendis causis definitivè jam conclusis,

Et exsequendis,

Non habita ullius ratione.

Tertia de actis inter assessores, & ipsis assessoribus in quaque classe distribuentis.

Dd

Cur

Cur omnes unum agant,
Cur audientes & cæteris, aut pluri que aut omnes vacent?

Sanè

Procuratorum recessibus in Camera verbotenus annotatis, aliisque
negotiis Audientiæ

Præses præsens, paucique Assesores, sufficiunt.

Assessorum Relationibus idem interfit,

Horis

D O H Q;

Ideo

Ordinandæ pomeridianis Audientiæ:

Expediundæ matutinis Relationes:

Publicandæ sententiæ & decreta,

Q H

In consensu Assessorum

Qui de illis causis retulerunt:

Non omnibus illa septimanâ expeditis Relationibus,
Inhibendi à Præside, ne quid producant Procuratores,

Reliquis nisi relatis.

X.

Quartò

Remedium

Tardi ad Procuratores reversi Ordinis procurandi

Hoc potest esse interdictum:

Vel

De non suscipiendis, quam triennio, finiendis, pluribus causis:
(Exceptis fiscalibus, aliis privilegiatis)

Quidem est suscipere, ac cumulare, nec posse procurare?

Singulo vero triennio, longissimo litium finiendarum termino,

Nonæ utriusque instantiæ causæ suscipiuntur:

Fatalibus insinuandæ appellationis ad tertii initium anni extensis,

Nisi fortè quædam anno, aut biennio finitæ,

Eadem tum aliæ recipiendæ, insinuandæ:

Quid enim jure prius intraducere, nec posse persequi?

Vel

De constituendis quinque diversis in Camera audientiis,

Uno in quaque Præside

Quatuor Assessoribus

Quinque Procuratoribus.

Quarta de
Advocato-
rum & Pro-
curatorum
perverso
procurandi
ordine.

Distribuendis in illas Circulorum causis,
Ad Cameram in utraque instantia pertinentibus,
Celerius expediendis.

XI.

Vel,

Sic Quintò,

Distantibus simul locorum spaciis subvenitur
De ordinanda una, binis in Imperii quibusque Circulis, Curia,
Loco binis Circulis commòdo, confini:

Quinque conscripta Patribus,

Uno Præside, quatuor Assessoribus:

Illo, ac duobus, ex illis XX. residuis, à Camerâ Assessoribus, huc accitis,

Duobus aliis idoneis inde locorum cooptatis.

Additis cuique Curia quatuor è Camera Procuratoribus,

Advocatis ibidem vocatis, aut propè commoratis,

Celerandæ indictis Circulis imperialium Causarum justitiæ,

(Fiscalibus exceptis)

Ad definitivam usque,

Referendam

Ab ipsis ad Cameram, primariam Imperii Curiam,

Cujus reliquæ sunt quasi appendices,

Membra unius imperialis Corporis,

Visitationi, jussisque Cameræ aliis obnoxia,

Judex eorum caput & rector,

Illius Nomine,

In precibus, oblati, aliisque procuratorum scriptis,

Præ lato,

Cunctis ibidem expeditis

Imperatoris titulo & sigillo.

His ita ordinatis,

XXX. Assessores Spiræ residui tantum vacabunt

Cessantibus simul illis dilationibus,

arbitrio judicis ad loci distantiam reputatis.

Sed hæc rerum harum relinquenda magis expertis.

Carpenda procul dubio

Ab iniquis possessoribus, utrigatoribus, raucis caussidicis,

Avaris advocatis, ac procuratoribus,

D d 2

Quibus

Quinta de
ordinandis
aliis adhuc
Curis in
Imperio.

Quibus celerata in Curia iustitia damnosa,
 Tardata quantum præbet,
 Monenda tamen censui abatiis & olim monita :
 Vobis hæc si minus probentur,
 Obtentu fortè hominum, sumtuum idoneorum,
 Probetur saltem Georgii Palatini de eadem redatum olim Consilium,
Celeranda in Curia Iustitia

*Sexta de
 perpetuo As-
 sefforatus
 ministerio.*

XII.

Amplius,
 Assessoratus ministerium sic perpetuum,
 Nec nisi cum vita deponendum.
 Secus :

Sæpè Iustitiæ sistitur Cursus :
 Discedens succedenti lampada loci, non experientia,
 Delassatus & emeritus Cameræ ministerium, non mysterium tradit,

Ad quod

Cameralis veluti Iustitia centrum,

Nemo nisi per usum venit :

XIII.

*Septima de
 tentanda
 subalternis
 in iudiciis
 amicæ cau-
 sarum trans-
 actione.*

Maxime omnium,
 Commendatæ Judici in R. I. sine fori strepitu compositiones,
 In omni Iudicio quacunque ejus parte, tentandæ.
 Ipsi denique Imperii Principes juri dicundo frequentiores sint :

More Augusti Imperatoris,

Qui jus assidue dixit :

Lege Caroli Magni sibi dicta, edicta,

*Hoc missi nostri notum faciant Comitibus ac populo,
 Quod nos in omni septimana, unum diem ad audiendas causas sedere volumus*

Observata Augusto quoque Imperatori nostro :

Inde eminent,

Tam juris religiofissimus, quam victis hostibus triumphatus magnificus.

Finis I. I. partis libri I.

743582

AB 743 582

ULB Halle 3
001 971 077




R

V017

Aug. 38 / 58 m.







3.

ORABILE
CUNDUM
DE
TITIA
ERIALI.

o lbc LXXIV.

